



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XVIII

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

cinium habet S. GERBERNI *M.* quem incolæ, & accolæ more maiorum constanti precipuōque honore colunt. *Ex Ann. Per. & Heimericij.*

## XVI.

**T**Riumphat hodie E S S E N D I A S. M A R S I R e-  
liquijs, ab O T T O N E istius nominis *tertia*  
*Imperatore* isti loco donatis. *Qui Religiōssimo*  
*Imperatori* solemine fuit Diuorum multorum  
Ossa è tenebris in lucem, magnificâ pompâ trans-  
ferre, prout & S. M A R S I huius Lipsana urnæ ex  
auro tum subtilitate operis variatéque, tum  
gemmarum splendore visendæ, piè inseruit.  
*Ex tab. Essend.*

## XVIII.

**V**PSALII in Suecia olim colebatur S. E R I-  
cvs *Martyr* ex sanguine B. R I C H E Z Æ *Rex*  
S U E C I Æ, S. C H R I S T I N Æ maritus Patriæ &  
pauperum præcipue pater: libidinis æstus glaciali a-  
quâ suffocavit. *Finlandia* & *Victor* fidem intalit. &  
contra S U E N O N E M *Dania* Regis Filium Cruce signa-  
tus, aperto campo configens, *Numine ita volen-*  
*te* piè cecidit Per quietem pridie pugnæ hanc  
sibi vocem, ut fertur, audire visus est vis esse  
*Martyr?* cui ipse *Amen* reponendo annuit. An præ-  
significatio

significatio, an pium somnium id fuerit, in medio  
relinquo; sanè Christi causa gloriose occubuit,  
& quo in loco sanguinem fudit, fons continuo ex-  
ortus, aquas fundit ægris passim salutares. Fast.  
Mar.

## XIX.

**P**Rope REGIOMAGVM in Monte S. APO-  
LINARIS, memoria B. CVNONIS Ra-  
tisbonæ ad Istrum Episcopi, Præposituræ & Tem-  
pli Montis B. Apollinaris munificentissimi Condito-  
ris, qui mortalis vitæ usuram clausit anno Chri-  
stiano M. C. XX. & æternam sibi beneficâ ma-  
nu aperuit. Ex Fast. Gelen.

## XXII.

**S**INZICHII a multis retrò seculis, CONSTANTINI  
MAGNI Festiva lux; qui postridie cum ho-  
stibus congressurus, intempestâ nocte ingentem  
& lucidam libero in ære CRUCEM felix VI-  
CTORIÆ portentum istic contemplatus est, quâ  
per legiones, ab aliferis prælatâ, hostes armis  
& simul idololatriâ exuit. Trophei quoque uisæ  
illius in Cælo Crucis, loco ingens ad Rheni ri-  
pam, templum Crucis formam referens, CON-  
STANTINI Mater S. HELENA posuit; Decre-

N

tum-